

idem praeturae tenor et silentium; nec enim iurisdictio 4  
obvenerat. ludos et inania honoris medio rationis atque  
abundantiae duxit, uti longe a luxuria ita famae propior.  
tum electus a Galba ad dona templorum recognoscenda 5  
5 diligentissima conquisitione effecit, ne cuius alterius sacri-  
legium res publica quam Neronis sensisset.

Sequens annus gravi vulnere animum domumque eius 7  
adflixit. nam classis Othoniana licenter vaga dum Intimi- 2  
lium (Liguriae pars est) hostiliter populatur, matrem Agrico-  
10 lae in praediis suis interfecit, praediaque ipsa et magnam  
patrimonii partem diripuit, quae causa caedis fuerat. igitur 3  
ad sollemnia pietatis profectus Agricola, nuntio adfectati a  
Vespasiano imperii deprehensus ac statim in partis trans-  
gressus est. initia principatus ac statum urbis Mucianus re- 4  
15 gebat, iuvene admodum Domitiano et ex paterna fortuna  
tantum licentiam usurpante. is missum ad dilectus agendos 5  
Agricolam integreque ac strenue versatum vicesimae legioni  
tarde ad sacramentum transgressae praeposuit, ubi decessor  
seditiose agere narrabatur: quippe legatis quoque consulari-  
20 bus nimia ac formidolosa erat, nec legatus praetorius ad  
cohibendum potens, incertum suo an militum ingenio. ita 6  
successor simul et ultor electus rarissima moderatione maluit  
videri invenisse bonos quam fecisse.

Praeerat tunc Britanniae Vettius Bolanus, placidius quam 8  
25 feroci provincia dignum est. temperavit Agricola vim suam  
ardoremque compescuit, ne increceret, peritus obsequi eru-